Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



Liber

bitis pena sacerdoij veri / Sed
et fratres tuos / de tribu Leui /
et stipites patris tui sumite te
cum / ut proprij sint et ministrent
tibi / tu autem et filij tui ministra
bitis / in tabernaculo testimonij /
ex tribubus quoque Leuite ad proprie
ta tua / et ad cuncta opera ta
bernaculi / ita dumtaxat / vt ad
vasa sanctuarij / et altaris non
accedant / ne et illi moriantur /
et vos pariter simul / Sint
autem tecum / et excubent in cus
todijs tabernaculi et in omnibus
ceremonijs eius / Alienigena
non ministrabit vobis / Excubate
in custodia sanctuarij / et in mine
rio altaris / ne oriatur indigna
cio / super filios israel / Ego dedi
vobis fratres vestros Leuitas / de
medio filiorum israel / et tradi
di donum domino / vt seruiant in
ministerijs tabernaculi eius / Tu
autem et filij tui / custodite sa
cerdotium vestrum / et omnia quae
ad altare altaris pertinet / et
intra velum sunt / quae sacerdotes
ad ministrabunt / Si extraneus ac
cesserit occidetur / Dedecimis
et oblationibus et fructibus sa
cerdotum / II Locutus est dominus
ad aaron / Ecce tibi dedi custo
diam primitiarum mearum / Omnia
quae sanctificantur a filijs tuis /
quae officio sacerdotali legitima
sunt / hac ergo accipi
es de hijs quae sanctificantur et
oblata sunt domino / Omnis obla
cio et sacrificium / et quicquid pro
pro delicto reddit mihi / et
redet in sanctum sanctorum / In sanctua
rio comedes illud / Mares
tm comedent seu edent ex
eo / qui consecratus est tibi / pri
mitias autem quas vouerit
et obtulerit / filijs israel tibi de
di / et filijs ac filiabus tuis /
iure perpetuo / Qui mundus est
in domo tua vescatur ex eis /
Omnes medullam / olei et vini
ac frumenti / quodque offerunt
primitias domino tibi dedi / om
nium frugum primitias / quas
gignit humus et dominus de
terrae tradit in vsus tuos /
Qui mundus est in domo tua
vescetur ex eis / Omne quod
votum reddiderit filijs israel /
tuum erit / Quicquid primum erupit
ex vulua cuiuslibet carnis / quam
offerunt domino / sive de hominibus /
sive de pecoribus fuerit / tuum in
eis erit / ita dumtaxat / vt
primogenitum / pecoris ac
cipias / et omne quod / quod
immundum est / redimi facias
autem redemptio erit post v
mensem / pulus argenti / v
ponderis sanctuarij / Siclus .xx.
obulos habet / primogenitum autem
bouis / et ouis / et capre
non facies redimi / quia sanctificata
sunt domino / Sanguinem tantum
eorum fundes super altare / et
adipem adolebis in suauissimum
odorem domino / carnes vero in
vsum tuum cedent / sicut pectusculum
et armus dexter tuus e
runt / Omnes primitias sanctuarij
quas offerunt filij domino / tibi
dedi et filijs ac filiabus tuis
iure perpetuo / Pactum sanctum
pacis erit sempiternum coram
domino / tibi ac filijs tuis / Dixit
quoque dominus ad aaron / In terra
eorum nihil possidebitis / nec
habebitis partem inter eos / Ego
pars et hereditas tua in medio